

9. Mai 1285

-

vico Manstorp - Die Mgrafen Otto und Konrad verkaufen
der Stadt Gransee Zoll und Marktzens

(Riedel CDB A, XXIV, 338)

**XXIX. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen der Stadt Gransee Zoll und Marktzens,
am 9. Mai 1285.**

Otto et Conradus d. g. Marchiones Brandenburgenses — ad uniuersorum noticiam deuenire cupimus — quod dilectis nobis in Cristo Burgenfibus in Granzoye, Thelonium cum censu forensi pariter coniuncto, quod in ciuitate Granzoye hactenus habuimus, pro centum talentis denariorum Brandenburgensium libere vendidimus a dato presenti perpetuis temporibus iure hereditario possidenda, ita quod in dicto thelonio pariter et in census commodo nobis nihil iuris poterimus vindicare nec etiam ab abeuntibus nec ab intransibus dicte ciuitatis thelonium debet aliquod extorqueri. Schultetus vero dicte ciuitatis tercium denarium in censu, utpote hucusque habuit, et non amplius obtinebit. Si vero Burgenfes prefate ciuitatis in dicta ciuitate macella, Budas sive structuras habitabiles ratione lautioris census construere et edificare decreuerint, prefatus scultetus usque ad consummacionem earundem structurarum in expensis propriis et cum suis denariis et complete si plus tollere presumpserit pro parte tercia adiuuabit. — Testibus Reinhero de Bens, Tethardo de Wustrow, Ottone de Ellinghen, Burchardo de Cockstede, Wilhelmo de Kerkow, militibus nostris, Domino Wilhelmo, Preposito in Granzoye, Buffone Marchallo, Raven, nostris officialibus, et aliis etc. — Datum in vico Manstorp, Anno domini MCCLXXXV per manum Bernardi, nostre curie notarii, proxima quarta feria ante festum pentecostes.

Aus Seibel's handschr. Urf.-Sammlung des K. Ges. Staats-Archives.